



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque Exercendi se cum fructu in præsentia Dei

Coloniæ Agrippinæ, 1687

Quid est aspiratio?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

CAPUT XXIIX.

De Oratione aspirativa.

Tertium istud est orationis genus, de quo agere nos oportet, quæ cum mentali convenit in eo, quod mente concipitur, & cum mixta in eo quod sæpiùs corde simul atque ore producitur; verùm ab utraque secernitur in eo, quod verbis constat paucis, ac vivaciter in uno instanti versùs cœlum, instar sagittæ sive jaculi, vibratur; Ex quo fit ut oratio jaculatoria communiter appelletur. De ea hoc in capitulo dicemus: 1. quid sit aspiratio. 2. quomodo in corde producat. 3. qua ratione illam nobis familiarem reddere debeamus. 4. quinam inde fructus proveniant.

In quo oratio aspirativa cum aliis conveniat, & in quo differat.

Quare jaculatoria vocetur.

Distributio capituli.

Quid est aspiratio?

Est fervens elevatio mentis in Deum paucis comprehensa verbis, acriterque atque in momento temporis versùs cœlum evibrata, qua divinæ Majestati suæ bonos affectus, sanctaque in corde nostro concepta desideria significamus.

Definitio.

Est elevatio mentis in Deum, in quo convenit cum qualibet alia specie orationis; verùm hæc, de qua agimus, est fervens, quia effectus est actualis charitatis, & quasi scintilla ex ardenti amoris divini in animo succensa fornace ejaculata.

Explicatio definitionis.

De Oratione

E
ia tibi
ere o-
o illu-
facere
tibi-
i sunt
inio-
verè
ecce-
uisset
lum:
debes
r tuo
ortis
con-
dige-
sum
hoc
laris
d me
no-
mibi
m te
ofsi-
ibus
per
es
EA.

*Differen-
tia collo-
quii &
aspiratio-
nis.*

Est *paucis comprehensa verbis*, quia dilata-
ta atque extensa non est, ut oratio mentalis,
sed anima unico verbo, quoad fieri potest, ex-
primit omnes cordis sui affectus. Quod si
quandoque paulò diutius veritatem aliquam
degustans, de illa amorosè confert cum Deo,
colloquium appellatur non aspiratio.

*Effectus
aspiratio-
nis.*

Est *vivaciter versus cælum evibrata*, quia
quasi sagitta est vehementer scopum versus im-
missa. Homo est quasi sagittarius, quia ja-
culatur, scopus, quo collimat, est Deus, qui
indubiè ictum excipiet, cui ipse sponte sua se
exponit. Verùm pro uno amoris actu ab ani-
ma versus Deum emisso, proque unico jaculo
in ipsum evibrato centum ipse remittit. Hinc
admirabilis exoritur pugna Deum inter &
creaturam, in qua Deus victoriam semper qui-
dem reportat, at non nisi in magnum emolu-
mentum creaturæ, quæ ubi amoris telo faucia-
ta fuerit, non potest, quin de illo indefinenter
cogitet, dieque ac nocte illi placendi deside-
rio conficiatur.

*Aspira-
tionis
exercitiū
magnam
in oratio-
ne men-
tali exer-
citationē
supponit.*

Oratio aspirativa hac ratione explicata non
videtur convenire nisi illis, qui magnos jam fe-
cerunt in oratione ac Dei amore progressus;
quoniam frigidiores ac negligentiores exerci-
tium istud impossibile existimant. Et verò
respectu ipsorum reverà ita est, donec seriò
orationi mentali addicti meditationis benefi-
cio mentem impleverint bonis conceptibus &
affectibus, ex quibus quoddam quasi confe-
cerint armamentarium, è quo postea ferventes
illas elevationes, affectuosas has aspirationes,
atque inflammata desideria illa depromant.

Evenire

Evenire nihilominus aliquando solet, ut Deus jam tum ab initio conversionis efficaciter moveat Novitios, adeoque fortiter eorum corda sibi conciliet, ut, siquidem commotionem istam sollicitè confovere, flammamque in ipsis ardentem nutrire velint, exercitium hoc illis facillimum evadat, paucisque illos diebus ad magnam virtutem perducatur.

Quomodo in corde producitur atque efformatur aspiratio?

DUobus modis aspirationes istas in corde nostro concipimus. Primò per solum contactum atque afflatum Dei, qui nescio quo gratiæ suæ motu nos præveniens unico temporis momento recolligit omnes potentias nostras; intellectui nunciatum communicat aliquod lumen, quod egregiam aliquam nobis patefaciendo veritatem, voluntatem nostram confestim impellit ad producendum affectum veritati isti conformem, atque iste affectus ad Deum directus est aspiratio & jaculatoria oratio, de qua loquimur. Exempli gratia, si, nihil dum cogito, subito mens prævenitur atque illustratur quadam notitiâ, quæ ei dicit: *Deus te videt, singulariterque sibi complacet in eo, quod oculos habeat in creaturis suis defixos: Et tu quid cogitas?* Mox voluntas huic lumen correspondens affectum aliquem cælum versus evibrans ait: *Quis sum ego, Domine, quia oculos in me tuos divinos defigis?* Aut certè: *Utinam mundus essem ab omnibus imperfectionibus meis, ut oculis tuis acceptior forem!* Aut denique: *Tu ubique me respicis,*
Domine

*Primus
modus fit
in nobis sine
nobis.*

De
tione